

1764 17
IOANNIS HENRICI EBERHARDI
IVRIVM LICENTIATI EORVMQVE IN ACADEMIA
NASSAVICA LECTORIS PVBLICI

PROGRAMMA ACADEMICVM

QVO,

PRAENOBI LISSIMOS AC ORNATISSIMOS
DOMINOS COMMITTONES AD PRAELECTIONES
PER SEMESTRE HYEMALE INSTITVENDAS
OFFICIOSE INVITANS,

VLTIMORVM VERBORVM NOV. XVIII CAPITIS I,

QVANTITATEM PORTIONIS

LEGITIMAE PARENTIBVS ET FRATRIBVS DEBITAE,
DETERMINANTIVM, GENVINVM SENSVM
INQVIRERE STVDET.



HERBORNAE cIcCCLXIV.

JOANNIS HENRICI EBERRARDI
VARIA TRACTATUM FORMULAE IN ACADEMIA
LITERARUM ET SCIENTIARUM

PROGRAMMA ACADEMICUM

60.

REVENSOTISSIMOS AGORNATISSIMOS
DOWNES COMITATIONES AD LIBERECIONES
PER SEUSTRÆ HYTHIANE INSTITUTANDAS
OFFICIOVALLANTIAS

EDITIONIS HERBARIÆ VON XVM CAVITATI

GRAMMATICALIUM

ET LITERARIALIUM CINNAMMUM SIVE ALIUM

SCULPTURÆ ET SCULPTEORUM



HIBRONNE 1696



§ I

Quum per, instans Semestre, docentis munere, prima vice, Ratio in-
hac in Academia fungens, Praenobilissimorum Domino-stituti,
rum Commilitonum, quantum vires sufficiunt, Deo iu-
vante, utilitati servire, sollicitus sum: Illi, ut institutio-
nes, tum publicas quum privatas, iusto significem tempore, iure
suo exigere posse, mihi videntur. Prius vero quam illas enumera-
rem, haud inicundum erit, caput quoddam Iurisprudentiae Ro-
manae illustrare. Novam elegi Imperatoris Iustiniani constitutio-
nem. Non equidem ignoro, quaslibet fere Iuris civilis Romani
partes a celeberrimis Iureconsultis adeo tritas & explanatas esse,
ut nulla ferme propositio elaboranda amplius superfit. Et ita
pariter exstant integra volumina ac tractatus permulti le-
gitimam exponentes, (a) cuius peculiare caput illustrandum mihi
sumsi. Ea tamen, quae enucleare tentabo, singulari tractatione
explicata haec tenus esse, non recordor. Hac igitur occasione pau-
ca & forte nondum deducta proponere licebit.

§ II

Ius, legitimam petendi portionem, leges naturales iis attribuere quedam
personis, quibus alimenta debentur, affirmare nullus dubito, them ex-
Quantitas autem in iisdem, non determinata, relinquitur. Qua- plicetur,
re iura positiva talem defectum supplere debent Qualem vero ostendi-
naturam legitimam illa, secundum leges Romanas, recipiat, neminem,

(a) Sic in mente mihi veniunt: CLAVDII DE BATTANDIER tract. de le-
gitima, Francof. 1581, 8; MERCVR. MERLINVS de legitima, Genov. 1634,
4; CASP. MANZIVS. Comm. eiusd. argum. Ingolstadt. 1648, 8. I. H. BOEH-
MER de querela inofficii fratrum corsan. nuncrum, Hal. 1721, & in Exerc.
ad D. T. II pag. 781, M. H. GRIBNER, utrum fratreis instituta querela inoffi-
ciobrare teneantur, se non fuisse ingratos, Witt. 1710. POL. LEYSER, Cfl. dipl.
bifl. de iure legitimae, Helmst. 1727, CHR. THOMASIVS de legitima viven-
tis, Halae 1700, Perill. L. B. DE SENCKENBERG & gravamine legitimae,
Göt. 1738, Perill. CAROL. ADOLPH. DE BRAVN Dis. de legitima eisque
origine, Defend. Chriſt. Fried. Chriſtoph. Bühlér, Erlang. 1760. Huc
etiam pertinet LVC. VAN DE POLL, Tract. de exhorto & præter. Rom.
& Hodierna, Amstel. 1700, 4, &c. &c.

III




ne tyronem quidem, latere puto (b). Quam ob rem, occasione capitis I nov. XVIII., unicam quaestioneum : *quemam secundum hanc Iustiniani legem sit parentum fratribusque legitimae quantitas ? enucleare studebo.*

Utilitas
translatio-
nis,

Clave ramen credas, discussionem thematis mei mere esse inutilis, cum tantus parentum fratribusque, quantus ad semissim in attribuenda legitima requiritur, numerus simul exire nequeat. Exempla enim probationis loco esse possunt.

Proavus, proavia, proavus, proavia, proavus, proavia, proavia



Pronepos octo proavos, seu duobus tribusve praemortuis, plures nihilominus quatuor relinquere potest, licet hi octogenitum annum needum agant.

Pater, mater

Cajus, Mevius, Lucius, Sempronius ††

Hic Sempronius, post sua fata, heredem testamentarium, infamia notatum, relinquens, tam parentibus quam fratribus legitimam relinquere debet; quinque igitur collaterales concurrunt.

Pater † mater †

primus, secundus, tertius ††, quartus, quintus, sextus

En!

(b) Legitima portio aut in sensu latoiori aut strictiori sumitur, prout significat vel portionem quamcumque, legibus definitam, e. gr. quartam Falcidiam, Trebellianicam, D. Pi &c. &c. vel speciarum (das Pflichttheil) certaine bonorum portionem proximis quibusdam personis, de regula necessario instituendis, fine amore relinquendo. Itrafe Perill, L. B. d. SENCKENBERG Consil. Iud. Imp. Aul. in diss. cit. § III.

Enī dento sex adūnt, quibus, tertio animā efflante,
infami instituto, portionem statutam exigere licer.

§ IV

Mirus ea de re inter iuris interpretes reperitur dissensus. Alii dissensus
enī tum parentibus tum fratribus: ali illis solis iura filio. Iurecon-
rūm adscribunt. (c) Pauci denique augmentum ad liberos tantum
fultorum restringunt. (d) Omnes, alteram priorum opinionum tuentes, materia in
circa hanc provocant ad cap. I in fin. nov. XVIII. Isthmum igitur me per-declar-
fodere non credo, si capitis istius & praeſertim clausulae, in fine tur.
adiectae, mentem exponere tentaverim. Huic vero tractationi
potiora, quibus Iureconsulti, statuentes: Iustinianum in dicto ca-
pite parentum & fratrū legitimam ultra trientem augere noluiss-
se: utuntur argumenta, praemittam.

§ V

Quae cuncte contra ius commune, seu rationem iuris sunt con-
ſtituta, ad consequencias non produci debere, statuit PAV-
LVS. (e) IMPERATORIS constitutio luce meridiana clarior est. (f) Plane ex his (constitutionibus) quaedam sunt personales, quae nec ad
exemplum trahuntur: (quoniam non hoc Princeps vult.) Nam quod
alicui ab merito induxit, vel si quam poenam irrogavit, vel si cui
fine exemplo subvenit: personam non transgreditur. Regula allata: nec fratres
argumentis, e fana ratione desumptis, nec assensu Doctorum de-
ſtituitur, ita, ut, ulterius illam probaturus, operam ac oleum perde-
re putem. Ex his autem sequitur: legitimae augmentum, ita defini-
tum, ut, si pauciores quatuor liberis, triens; si plures, semis debea-
tur, nulla ratione iuris extendi posse ad parentes vel fratres. Li-
beros

(c) Priorum sententiam amplectuntur plurimi. Vid. I. BRVNNEMANN. ad auth. Noviss. C. de inoff. test. VLR. HVBER. ad inst. L. II T. XVII § XI CORN. v. ECK Princ. iur. civ. sc̄. Digesta L. V T. II § 17, SPECVLVM AVREVM opinonum communium contra communes I. 1q. 24. Ursellis 1652, fol. &c. &c. Eorum, qui parentibus quidem, at non fratribus, augmentum legitimae tribuant, permitti annotari possent. Vide solammodo I. VOET. in Comment. ad D. L. V. T. II n. 46 & in Comp. iuris secundum ord. D. L. V T. II § 9, STEPH. GRATIANVM in dict. forens. Tom. IV c. 702 n. 7, MERCVR. MERLIN. tract. cit. L. I T. III 9. 4. WILH. LVDWELL. Exerc. ad Inst. ex. 8 th. 8 lit. 9.

(d) Vid. ARN. VINNIVM ad inst. L. II T. XVII § 3 pag. 450. ed. 1755, 4.

CHR. PHIL. RICHT. Dec. LI n. 3.

(e) in L. I T. D. de LL. (f) in § 6 Inst. de I. N. G. & C.

VI



beros enim Iustinianus solummodo appellavit. Et nil obstat, quin legitimae determinationem privilegium nominemus. Verissima haec erunt: si (α) sub filiis non simul intelliguntur parentes & fratres, aut (β) ius singulare, liberis competens, ad alios non est extensus. Quod ad illam attinet exceptionem, me quidem haud later, sub certa voce interdum aliud quid, intellectu iuris, comprehendit. (g.) Ait nunquam legitimus, quod filiorum nominatio ad parentes etiam & fratres spectet. Natura teste ipsa talis interpretatione non potest inventire locum. Ex his fatis iamiam erit concludendum, ea, quae Iustinianus ratione liberorum sanxit, neutquam ad exemplum esse trahenda. Utitur ille semper verbis: *fili, liberi*; nullum aliud vocabulum occurrit, five novellae XXXVIII c. I, five n. XXII c. XLVIII, five tandem praefationem & caput I nov. XVIII inspiciamus.

§ VI

argumentum II, **Q**uantitatatem legitimae leges positivae determinant. (h) Harum itaque tenor praesertim est considerandus & ultra expressa non extendendus. Verum quidem: quod benignius leges sint interpretandae, quo voluntas earum conservetur. (i) Sed nec aliis, nisi personis expresse privilegiatis iura singularia competitunt. Iuris civili conditores, legitimam, iure naturae, solummodo liberis deberi, affirman: testibus, PAVLO, (k) IUSTINIANO(l) & praecipue PAPINIANO (m) his verbis: *non si parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas. Parentes ad bona liberorum ratione miserationis admittit, liberos naturae simul & commune parentum votum.* Favor itaque liberorum, ratione iuris succedendi, maior omnino erit, quam parentum & fratribus. Ergo ratio diversa adest.

§ VII

argum. III **Q**uicunque dubitat, aiunt ita sentientes, novellae XXXVIII caput I exponit. Ubi: *primum quidem servet filio legitimam partem, non quartam, sed tertiam, modis omnibus, aut medium secundum liberos*

(g) Sic filii appellations omnes liberi: L. 84 D. de V. 8, sub liberis, non tantum, qui sunt in potestate, sed etiam, qui sui iuris sunt, five virilis, five feminini sexus, five ab his, descendentes, comprehenduntur. L. 56 eod. Alienationis vocabulum etiam usucacionem continet. L. 28 eod. &c. &c.

(h) § II supra. (i) L. 18 D. de LL. (k) in L. 7 D. de bon. dannas. (l) in L. 36 § 2 C. de moff. testam. (m) in L. 7 § 1 D. si tab. seb. null.



liberorum numerum. Notatu digna sunt verba: *modis omnibus.* Sub quibus non diversa liberorum genera, sed variae personarum species, quibus legitime debetur, intelligi debent. Siquidem statim declaratur, quid ulterius circa liberos iustum sit: *aut medianam, nempe, secundum liberorum numerum.* *Tertia*, igitur, *pars*, seu triens, *omnibus modis*, adeoque absolute: *media autem*, seu *semis*, *liberis tantum*, ac nec his, nisi plures quatuor existant, competit.

§ VIII

Sed quid verbis opus? Cur inhaeremus argumentis talem sententiam firmantibus? Quilibet, illis motus, legitimae augmentum, ultra trientem, ad parentes seu fratres non pertinere, facillime concedet: nisi obstante quae supra (n) annotavi. Illud videlicet, alii obiciunt, a IVSTINIANO (o) ad ceteras personas extensum esse, per verba: *hoc observando in omnibus personis, in quibus ab initio antiquae quartae ratio de inofficio lege decreta est.* Mihil iam incumbit, hocce praeprimitis caput tam ex analogia iuris, quam ex praefatione, novellae praemissa, explicare ac demonstrare; quo sensu clausula illa generalis sit accipienda.

Obstant
verba ultima Nov.
XVIII c. I.

§ IX

Dictam removere clausulam iamiam tentavit ARN. VINNIUS Arn. Vin.
(p) ita illam interpretatus, ut extensio referenda sit ad diversas liberorum species, utpote filios, nepotes, pronepotes, post illa inter humos &c &c. Ea tamen mihi non satisfecit interpretatio, cum pretare in aliud finem sensus Imperatoris videatur directus.

§ X

Ast hic subsistere negotia mea iubent. Ignoscatis, Praenobilis- Lectiones:
simi Domini Com militones! veniam des, Benevole Lector! enumera-
tiam atque etiam rogo. Dies appropinquat, quo Lectiones Hy- rantus.
bernae secundum statuta sunt inchoandae. Pauca vero haec ea fini-
sum praefatus, quo preelectiones, a me instituendas, iusto in an-
tecessum significem ordinem. Ulteriorem capit is mei illustrationem
mittere cogor. Proxima tamen occasione dicenda me explanaturum
esse, sancte promitto.

En!

(n) § VI. (o) in Nov 18 c. 1 in fin. (p) in Comment. ad Inst. L. II tit.
XVIII § 3 pag. 450 ed 1755, 4.

VIII



En! Vobis, Domini Comilitones Praenobilissimi, Cives Academæ Ornatiissimi! iam rationem pælectionum, per semestre habendarum, fisto. Publice collegium, quod vocant, disputatorium, siue in B. I. G. HEINECCII *Institutiones iuris civilis*, sive in materias ab ipsis Dominis Commilitonibus eligendas, aperire constitui. In privatis autem acroſibus eiusdem AVTORIS *iuris civilis elementa secundum ordinem institutionum*, B. B. G. STRVII *elementa iuris feudalis* a Cel. IO, AVG. HELLFELD, seu ea, quae ſub huius folius nomine edita ſunt, nec non *ius naturae* aut in Excell. I. G. DARIES *iurisprudentiae universalis institutiones*, aut in Cel. ACHENWALL. compendium, una cum ſystemate elementari universae *iurisprudentiae positivae* Imp. R. Germ. communis ab Ampl. D. NETTELBLAT. concinne conſcripto, explicabo. Veritates in Institutionibus aut Digestis iuris civilis obvenientes, quatuor diebus, Lunae, Martis, Iovis & Veneris, examinando perlustraturus ſum. Horas tempeſtive e nigro Academico indicabo. Si denique aliae Iurisprudentiae partes, aut collegia privatissima placeant, operam deſideraturis lubentissime ſpondeo.

Tandem Numen, quod in coelis est, Supremum, ut hanc bonarum artium ſedem in Sui gloriam & Reipublicae ſalutem benignè conſerver ac laboribus, cum in finem fuſceptis, benedicat, devote imploro. Dabam Herbornae Pridie Iduum Octobris
clcccclxv.



ULB Halle
006 398 758

3




X 2203495

Sb.

KD7
VD18





1764

17

IOANNIS HENRICI EBERHARDI ⁹
 IVRIVM LICENTIATI EORVMQVE IN ACADEMIA
 NASSAVICA LECTORIS PUBLICI

PROGRAMMA ACADEMICVM

QVO,

PRAENOBILISSIMOS AC ORNATISSIMOS
 DOMINOS COMMITITONES AD PRAELECTIONES
 PER SEMESTRE HYEMALE INSTITVENDAS
 OFFICIOSE INVITANS,

VLTIMORVM VERBORVM NOV. XVIII CAPITIS I,
QVANTITATEM PORTIONIS

LEGITIMAE PARENTIBVS ET FRATRIBVS DEBITAE,
 DETERMINANTIVM, GENVINVM SENSVM
 INQVIRERE STVDET.



HERBORNAE cIcCCLXIV.

